

296

et sufficit nobis. Bona inferiora que  
erunt in domo dei ordinatissima dis-  
positione. Ps. Videas in iherusalem  
omnes dies vite tue. Itē itē. Quia di-  
lecta tabernacula tua etc. Job. viij.  
In domo patris mei mansiones mul-  
te sunt. Bona interiora que erunt in ani-  
mæ illustratione. Psal. lviij. Im-  
plebit dominus splendorem animam tuam  
Bona exteriora que erunt in corporis  
glorificatione. in hominibus et angelorum io-  
cunda societate. Ps. Assitit regina  
et triumphas ecclesia a dextris tuis in  
vestitu aurato et cum corpore glorifi-  
cato circumdata varietate et hominibus et  
angelorum iocunda societate.

**Secundo tertius eius dem.**

22. **H**uc quo huc intrasti non  
hunc vestem nuptialem. Per  
istum que vestem nuptialem non  
habet signat unitas malorum qui  
habet fide sine operibus caritatis. De qua  
beatus dicit. i. **Thi.** Confiteatur se nos-  
se deus factis aut negat. Sed non videtur  
quod iste ex hoc deat reprehendi quod re-  
dixit suis suis. Itē ad exitus viam  
et quoscumque iuvenietis etc. In talibus  
autem locis non inveniunt nisi viri peritiosi.  
Sed dicendum quod dominus omnibus que sunt iuvit  
vestem nuptialem offert. Alii autem reci-  
piunt sic devoti et humiles. Alii etiam  
per contumaciam sic in erantes et pseu-  
dotes. Alii recipiunt et postea piunt  
sic ad vomitum redeunt. Itē autem a re-  
cipe noluit a si recipit abiecit et a  
ideo melior fuit reprehensus et de nu-

peris abiecit. **I**sta autem reprehensio  
et abieccio fiet in iudicio quoniam christus  
malos christianos arguet quod in mili-  
tanti ecclesia existentes fidei tantum  
habuerunt sed caritate non habu-  
erunt. **Cum.** Sic si quis cum nigra ve-  
ste inveniatur in nuptiis: mox dicit  
et sordidat nuptiam gloriam. Ita  
que habet tenebrositatem christianitatis  
ipse propter facinoriam. **N**on itaque a se  
locum eligat vestem: a se vestem eli-  
gat locum. Alioquin audiat. **A**mice  
quo huc intrasti non habes vestem  
nuptialem. **I**n verbis premissis de  
isto tria ponuntur per que unitas  
christianorum malorum figuratur. Primo  
est eius verbalis dilectio cum dicit.  
**A**mice. Secundo eius temeraria pre-  
sumptio cum subditur. Quo huc in-  
trasti etc. Tertio eius severa punicio  
cum additur. Ligabis manus et pe-  
dibus etc. **C**irca primum nota quod  
triplex est dilectio. scilicet verbalis. pre-  
cordialis: et realis. De quibus dicit  
**Job. iij.** Non diligamur verbo neque  
lingua tantum. Ecce verbalis. sed  
opere. Ecce realis. Et veritate. Ecce pre-  
cordialis. **I**lla enim dilectio est ve-  
ra que radicatur in corde. Ex par-  
te autem istius fuit tantum dilectio  
verbalis quia deum tantum ore fu-  
it confessus. et non fuit precordi-  
alis quia ipsum ex corde non dile-  
xit nec realis quia opera misericor-  
die non habuit. **C**hristus autem  
vera dilectione dilexit nos scilicet  
verbali. non solum instruendo.  
**V**nde **Psal.** quod bragesimo octavo